

Exemplum petitionum Oratorum Regis Gallia propositarum. January 1563. M^o Legat^o sacconi.

(34) Constitutum erat iampridem nobis Oratoribus, ex officij nostri ratione, et Christianiss. regis mandato ad sanctam Synodum ea referre, que hoc scripto continentur: Sed cum Cæs. M^{tas} per R^{mos} et Clariss^{mos} viros Oratores suos eadem fere nobis proponenda curasset, nostraq; omnis petitio cum eorum postulatis mirifice conveniret sustinimus aliquantulum, expectantes dum aliquid a vobis de us rebus decerneretur. Quid enim postulatis minime inter se pugnantibus, vix etiam diversis, molestos vobis esse necesse fuit? praesertim cum ea que adijcienda fortasse videbantur, vel taciti inessent, vel necessariam ex superioribus consecutionem haberent? Itaq; resistimus, atq; distulimus certo iudicio. Neque autem et Principes nostri litteris vultu, et quia Caesareum illud negotium longius protraheretur quam spes fuerat, differendum amplius minime rati, quanta potuimus simplicitate, et brevitate verborum, qua nobis ad constituendam Nemp. Christianam necessaria videntur, et opportuna, scripto complexi sumus. Hoc autem volumus nos existimare nihil nobis a coeterorum Christianorum salutis praecipuum esse, nihilq; singulari: Carolum vero Regem nostrum, cupere quidem uti petitionum suarum omnium ratio habeatur. sic tamen a Christiana disciplina edoctum, et institutum esse ut vobis omnia tribuat, rerumq; omnium istarum notitiam, cognitionem et iudicium ad vos omnino sciat pertinere.

1 Cum sacerdotes imprimis castos esse oporteat, ex sacerdotum aut incontinentia in Dei Ecclesia magna nascantur offensiones, provideat s. Synodus ut non alij in posterum ordinentur sacerdotes, q; seniores, et qui a populo bonum habeant testimonium, ut ex ante acta vita, quales postea sint futuri non levis sit coniectura: Et sacerdotum libidines et flagitia accuratis Canonum penis coercantur.

2 Cauendum est ne eodem die, aut tempore omnes sacri ordines conferantur, cum oporteat secundum antiquos Canones promovendum ad maiores ordines, prius in minoribus dignè, et aliquo tempore esse versatum.

3 Nullus Presbyter ordinetur, cui non continuo secundum Concilium Calcedonen-
decur una cum ordine beneficium, aut ministerium aliquod Ecclesiasticum. Sic
enim fiebant Ordinationes a Præseis illis Patribus, qui titulos Presbyterales multis
postea tempore inuentos, non agnouerunt

4 Diaconis, et alijs sacris Ordinibus restituatur debita, et antiqua functio: ne am-
plius nuda, et in ceremonijs tantum posita nomina dicantur.

5 Presbyteri, sacrisq; iniati, et cuiusuis Ecclesie ministerio additi in ea uocatione
in qua a Dño uocati sunt, permaneant: neq; in alio munere, et officio quam, quod
Dei ministerium deceat, uersentur

6 Nullus eligatur Epus, nisi ætatis legitima, ijsq; moribus, et doctrina præditus
ut et populum docere, et ei uitæ exemplar esse possit

7 Is quoq; creetur Plebanus, qui et probata sit uita, et qui populum in lege Dei
possit institueri, sacrum ritè celebrari, et sacramenta ut par est administrari
et illorum usum et effectum illos, quibus ea administrat, rectè docere

8 Ad Abbatiam aut et Prioratum conuentualem, nisi prius in aliquo celebri Gym-
nasio sacras literas publice professus fuerit, et magisterium, aut alium
gradum adeptus fuerit

9 Epus per se, aut per eos, quos ad prædicationis munus assumet, qui tot
erunt, quot pro Diaconis magnitudinè uidebit opus esse in ciuitate, aut in
quacunq; parte diocesis conuenit expedire, omnibus Dominicis, et diebus
festis, tempore aut Quadragesimæ, ieiuniorumq; et aduentus Domini, quo-
tidie uerbum Dei annunciet, et quotiescunq; id opportunè fieri possit
iudicabitur

10 Idem quoq; faciet Plebanus, si non desint apud quos concionetur

11 Abbas uero, et Prior conuentualis interpretabitur libros ueteris et noui
testamenti, Xenodocia instituet, et ita monasterijs antiqua schola, et hospi-
talis .. restituantur

12 Qui solum sunt Episcopi, Plebani, Abbates, aut alij Ecclesiastici, si suum officium prestare non possunt, accipiant coadiutores, per quos illud praestent, aut omnino beneficia dimittant

13 De Catechesi, et summa doctrina Catholica conscribenda deq; postillis, et Agendis, ea decernatur, quae Caesarea Maiorati visum est ad hoc sanctum referre Concilium

14 Num tantum beneficium unum conferatur sublata (quod attinet ad pluralitatem) personarum, compatibiliumq; et incompatibiliumq; differentia: qua distinctio ut est nova, et antiquis Decretis incognita, ita Ecclesia Cath. magnam calamitatem attulit. dentur autem regularia, regularibus; secularia secularibus

15 Qui vero nunc duo, pluraq; possident, aut illud retineant, quod intra breve tempus elegerint, aut in poenam antiquorum et veterum Canonum incidant

16 Ut ab Ordine sacerdotali cordes omnes, et omnis auaritia labis procul expellatur, nec ullis praetextu pro rebus Diuinis quicq; exigatur, curet Episcopus ut per unionem beneficiorum, aut decimarum assignationem, et si hoc non pot fieri commode, princeps, per Parochianorum symbola, et collectas, ut Plebani et cum illis duo, aut plures clerici habeant unde vitam congrue tra, ducant, et Hospitalitatem praestent

17 In Missis Parochialibus Euangelium aperte et dilucide, et pro populi capite copiose in suggestu exponatur, quo in loco, qua praesente Plebano, a populo fiant precos lingua fiant uernacula. peracto autem sacrificio latine et mysticus precibus lingua etiam uernacula publica ad Deum fiant orationis Et aut tempore, aut alijs statis horis cantari poterunt pra, et spiritualia cantica aut Psalmi Davidici prius ab Episcopo diligenter examinati et probati si esse suae Ecclesiae esse conserbit Episcopus

18 Antiquum illud Leonis, et Gelary decretum de Communioni sub utraq; specie renouetur

- 19 Ac, ut omnes, praecipue literarum imperiti usum et efficaciam Sacramentorum intelligant, praecedat semper ex lingua vernacula brevis, et dilucidata expositio, qua Sacramenti, quod administratur rationem continet.
- 20 Beneficia secundum veteres Canones non conferantur amplius extrinsece, neque per Vicarios, sed per ipsos Ordinarios, quorum est in hoc maxime electa industria: et illis intra sex menses non conferentibus, aut si indigni contulerint, potestas deferendi deuoluatur ad proximum superiorem et gradatum ad Papam secundum Concilium Lateranense, et aliter collata a quocumque facta, nulla sit.
- 21 Mandata de prouidendo, expectatiua, regressus, fiduciaria, resignationis, Comenda, reuocentur, et omnino arceantur ab Ecclesia, uelut decreuit Gregorius.
- 22 Resignationis in fauorem exigantur omnino a curia Romana: Et enim sacris Canonibus constitutum ne quisquam sui officij quoriat, aut eligat successorem.
- 23 Prioratus seculares, aut (ut dicitur) simplices, quibus contra constitutionem cura animarum adempta est, et translata in Vicarium perpetuum, ei, tantum parua quaedam decimarum aut aliorum prouentuum portio assignatur, cum primum uacauerit, curam animarum recipiat et in antiquum statum restituantur.
- 24 Cum plura sint beneficia, in quibus contra beneficiorum omnium institutionem inualuit deprauata consuetudo, ut qui ea possideant, nullis teneantur concionandi, sacramenta administrandi, aut alio onere Ecclesiastico Episcopus cum consilio Capituli huiusmodi curam aliquam spirituales imponat, aut si utilius uideatur ea beneficia uiciniorebus Parochialibus Ecclesijs uniat, Beneficium enim sine officio esse nec debet, neque potest.
- 25 Pensiones super beneficijs non constituentur, et quae sunt constitutae uoluantur, quo redditus Ecclesiastici in alimenta pauperum, aliosque usus suos transferantur.

- 26 Restituantur Ep'is intra omnem diocesim Ecclesiastica iurisdictiones
et tollantur omnes exemptiones, exceptis Capitulis Ordinum, usque qua
illis subsunt monasterijs, et qua Capitula faciunt generalia, et us
monasterijs, quibus multis iam retro seculis, euidenibus scripturum
monimentis constat, datam esse exemptionem. qua tamen ne a correctione
omnino eximant, aliqua rationi provideatur
- 27 Cumq; Ep'us ea iurisdictione uti non debeat secundum antiqua decreta
nisi consulto Capitulo, quem admodum nec alia sua diocesis gravia
negotia tractare, danda est diligens opera, ut Canonici Cathedralium
Ecclesiarum sint assidui in Ecclesia Cathedrali, bonis moribus, et scientia
præditi, quiq; saltim xxv annum attingant. Nam ante illam ætatem
cum non possint per leges humanas rebus suis providere, quomodo Ep'o
consulere poterunt
- 28 Revertantur antiqui, aut novi constituantur consanguinitatis, ^{affinitatis} uel
cognationis spiritualis gradus, intra quos non liceat, obtenta cuiusvis
dispensatione matrimonium contrahere, exceptis solis regibus, aut
Præcipibus propter publicum bonum
- 29 Cum nris temporibus exorti sint Jevonomas, qui magnis entendas
censent, et maxima perturbationis plurimis in locis ex eo sunt excitatae
provideat s. synodus ut doceatur populus quid de cultu imaginum
sit sentiendum, curetq; ut sic qua in us colendis irrepserunt superstitionis
et abusus tollantur. quod ipsum quoq; provideat in peregrinationibus,
Indulgentijs, et reliquijs sanctorum, et us sodalitatibus quas uocant
fraternitates
- 30 Quoniam sæpe ob unius enorme delictum, affligitur uniuersus populus,
quem de proximi peccatis sollicitum et anxium esse oportet, restituantur
Ecclesie Catholice non solum antiqua illa, propter grauis, et publicas
offensas, publica pœnitentia, sed etiam ad iram Dei placandam ueruna
et lultus publici

31

Cumq; excommunicatio Ecclesie supremus gladius non est passim pro quouis delicto, aut contumacia decernenda, sed pro gravissimo tantum peccato. Cumq; in eo post unam, et alteram et nonnunq; tertiam admitionem reus perseverat

32

De beneficijs forensis controversie, qua uniuersum fere ordinem Ecclesie, suastrum contaminarunt, non solum breuiores erunt sublata petitorij, et possessorij in causis beneficialibus nuper inuenta distinctione, sed omnino cessabunt, si sublatis etiam Conclij Basileen' uniuersitationis nominibus, precipiatur Epi ut beneficia secundum Gregorij auctum non ambulantibus, sed fugientibus et de Ecclesia bene meritis conferant. Merita aut in uniuersum iudicabuntur si eum Epus, tum alij curam animarum habentes post magistrum, aut alium gradum in scholis adeptum is cui conferitur beneficium auct' Epi, et probant' populo publice fuerit concionatus aliquo tempore. Cumq; Ordinarus semel beneficium contulerit, aut patronus presentauerit, non aliter liceat superiori conferre, quam si prius presentatum, aut eum cui collatum est beneficium eo beneficio iudices indignum iudicauerint

33

Quod si aliquando de conferendi, aut presentandi potestate oritur primum ab Ep'o Diocesano consilio Capitulo aconomus beneficio uacanti preficiatur, qui fructus omnes percipiat et munera omnia Ecclesiastica subeat. demde litigatores consentiant in aliquos viros doctos et Ecclesiasticos, et si non elegerint ab Ep'o labuntur qui saltem infra sex mensum omnem dirimant, a quibus appellare non liceat. Aut si existimet Synodus esse appellationi deferendum, mandetur interea executioni sententia. Neq; teneatur aconomus, aut qui sententiam prior obtinuit retinere fructus pendente lite perceptos, qui tantum ministri et pauperum alimentis cedere debent. Ita fiet ut aut nulla unquam lis de beneficio aut si qua fuerit breui transigatur

Decernat s. Synodus ut non solum. Synodi Epales quotannis semel ut
minimum, sed etiam terho quoq; anno Provincialis congregentur in
quibus de his qua ad statum Ecclesiasticum pertinent diligentiz tractetur
De ministrorum Ecclesie delictis mature cognoscatur, et in eos qui deli-
querint severe animadvertatur, et ut Concilia generalia, nisi aliquot ob-
sistat impedimentum, decimo quoq; anno celebrentur.

De ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de

De ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de
 ministerio Ecclesie debet matura cogitatio et in eis qui de

22. Quod si aliquando in censurandi, aut gravandi, potestate his viribus
 non ab Episcopo ministerio Capituli accedens de seorsum necesse
 profecto est. Quod si fuerit in rebus quibus et ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie
 debet matura cogitatio et in eis qui de ministerio Ecclesie

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is written in a cursive script and covers most of the page area.]

